stibus prelio victus est: et uniuerso eius regno ea clades exitium fuit. In ea aut pugnâ Zacharias eius filius cum innumera iudeorum multitudine fuit obruncatus. Verum dum rex israel cum maxima ipsorum captiuitate in Samariam reuerteretur Oseas tunc clarissimus dei propheta. Barachie etiam consilio fretus occurrit ei obiurgans quod contribules suos ignominiose captiuos traiberet. Quibus verbis commotus rex uniuersos comites suscepit: et cum nudis essent omnes vestiuit: et cibo potuque refecit: ac liberos ad solum suum in iuda remisit. Fuerant enim captiui (ut sacra paralipomeno habet historia) ducta multorum: puerozum ac puellarum milia. Insuper et tempore sue angustie contemptum domini auxit: quia et diss. Damasci victimas imolauit dicens eos regibus suis auxilio fuisse: propter quod et dominus Idumeos etiam aduersus Iudam concitauit: qui et multos percusserunt: multam predam auferentes. Eam etiam ob rem legatos ad Assyriorum regem misit: ut ei auxilio contra hostes foret: et uniuersum aurum et argentum de domo domini et de domo regis colligens ei transmisit: et malum addidit malo. Tandem autem direptis uniuersis vasibus domus domini atque contractis et ianuis templi clausis: erectis quoque in uniuerso Iuda aris ad tus concremandum dominum contra Iudam mirum in modum pronocauit. Sed nullo de se relicto desiderio mortuus in hierusalem sepelitus: non tamen in sepulchris regum. Cuius gesta prima et nouissima scripta habentur in quarto li. Regu. c. 15. et secundo paralip. ca. 28.

Numitor Proce regis filius: et Rhee pater ultimus latinozum rex quinto regni Abaz anno latinozum regnauit. licet parum quia eodem anno: nepos eius Romulus dominandi cupiditate incensus: quo sibi regnum vendicare posset ipsum interfecit. Quo extincto domum reuersus regnum occupauit: et urbem in locis non quidem arbitrio delectis sed timoris necessitate oblatis condidit ac sic latinozum seu Albanorum regum nomina defecere: ubi sub vno et viginti regibus annis. 625. regnatum fuit. Quorum etiam nomina et tempora iterum epilogando ponemus.

4447 752

Latinozum regu Epilogus.

Janus	1	Siluius	18	an	29	Liberin ^o filiu ^o	15	an	8
Saturn ^o	2	Encas	9	an	31	Grrippa filiu ^o	15	an	40
Picus	3	Latinus	10	an	50	Remul ^o filiu ^o	17	an	19
Faunus	4	Alba filiu ^o	11	an	39	Lucretin ^o filiu ^o	18	an	37
Latinus	5	Egypt ^o filiu ^o	12	an	24	Procas filiu ^o	19	an	25
Encas	6	Lapis	13	an	28	Numitor filiu ^o	20	an	000.
Alcanius	7	Carpēt ^o	14	an	13	Hor ^o ani supputati fiunt. 625.			

Romanozum regni principium.

Romulus prim^o romanozum rex vigesimoquarto supra trecentesimo regni David ano septimaque olympiade: ac etatis sue vigesimoquo parricidio primo perpetrato: regnoque latinozum in confuso posito pastor non pua manu collecta stati isolo nequaquam immo parua urbem condidit: qua a se Roma noiauit: ibique primu regnare cepit: et regnauit teste Eusebio annis. 38. Uiderat tunc eo seorsu alia loca primo urbis ipsius edificade mentibus: propeque: Collatia: Antene: Sidene: Lauinu: Camella: Janiculi: et alie huiusmodi urbes atque alia quorundam edificia priuata que postea in unum collecta roma effecit magna. Sic itaque una cum Remo germine ex Rea vestali uirgine a Marte: seu ut alii uolunt: ab Amulio patruo pressa natus est. Qui ideo Romulus et Remus dicti fuerunt: quia Ruma. i. Lupe matris emungere perti sunt. Romulus autem licet turpiter natus: eius tamen indoles nequaquam seruilis erat: sed quandam regiam magnitudinem ac probitatem preserebat. Eminebat in eo natura facilis et ad consilium: cuiusque probitatem apertissimum ingenium: et inter communia peccatorum pabula et uenationes: ea maxime cuique de se prestabat: que potius imperatorio viro quam seruo aptiora uidebantur. Et propterea contribules suos: et queque ex infimo loco natum ad se contraherebat: quia victu et consuetudine quamdam liberali pre ceteris utebatur. Id in primis nequaquam ingenii hominis officium

4448 751

Abas

esse ratus si ocio aut ignavia torpescere aſum ſineret curſando venando predo-
nes proſtigando: fures capiēdo: ⁊ violētiffimis quibuſcūq; manus iterēdo glo-
riam ſibi parare poſſe putabāt. Quapropter euenit vt ad magnum dignitatis
culmē peruenerit. Amulio ſiquidem armis oppreſſo cū multam predam acq̄liſ-
ſet domum itactus redijt. **Horſuo** etiam **Humirore** auo **Albe** rege relicto vbi
ipſe educatus fuerat **Romam** vna cū fratre edificauit. **Qua** p̄dita primum eos
quibus etatis vigor inerat i militares legiones diſtribuit: ceterā vero multitu-
dinem populū appellauit. **Centum** deinde ſenatores creans eos patres di-
xit: vt ea nominis m̄ſuetudine magiſtratus aſteritatem ⁊ priuatorum formi-
dinem ſuccideret. **Quarto** deide mēſe poſt vrbem p̄ditam cū videret ciuitatē
noua idies incolaz frequentia p̄ualeſcere: atq; ob inopiam mulierū minime du-
raturam cum a vicinorū p̄nubio depellerēt ſilauit ſe ludos ⁊ ſpectacula facturū
propter inuentam aram. **Cōcitiſq;** plurimis ex ciuitatibus ſinitimis i **Sabinas**
virgines iuſſit irruere: remiſſis ſine offeſſa patribus: quod actū eſt nō vt **Sabi-
nis** iniuriā ferret: ſ; vt firmā amicitiam ex p̄nubio ſanciret. **Sabini** vō hac acce-
pta iniuria p̄feſtim legatos p̄ redimēdis virgimb^o **Romā** miſere. **S; Romulus**
eas ſe nolle reddere reſpōdit. **Interea** **Acron** **Leninſium** rex acerrimi animi
vir: p̄parata plurima militū manu bellū itulit **Romulo**. **Cui** **Romulus** occurrēt
iſteſto telo **Acronē** traiecit. **Delectoq;** exercitū vrbem primo ipetu cepit: effectū
q; ex duabus ciuitatibus vnum corpus: vt par voluntas eſſet: propterea euenit
vt adiecta vndiq; multitudie ſtatim **Roma** magnitudie p̄creſceret. **Poſt** captā
Leninſiū ciuitatem **Sabini** accitis **Cruftrummiſ** **Antēnatis** vicinis con-
tra **Romanos** bellū ſuſcipiunt. **Quibus** deuictis a **Romulo** oppreſſiſq; iuſſit
vt ſe **Romā** traducerent. **Reliqui** vero **Sabini** grauiter id ferentes **Tacio** ſibi
imperatore delecto p̄tra **Romanos** cū exercitū iterūz erumpunt. **Qui** **Capito-
lium** proditiōe **Tarpee** virginis ceperūt. **Tandē** cū diu ac varie vtrinq; pugna-
tum eſſet **Sabinoz** precibus ambo duces ad percutiendū fedus conſeſſerunt.
Quare mitigati hoſtes fedus hac p̄ditiōe inter ſe iunxerunt vt mulieres libe-
re ab omni ſeruitute eſſent: amboq; eandē ciuitatem **Romanā** colerēt pariter
q; imparent. **Acta** igitur ciuitate centum alios ſlico ex **Sabinis** creant **Senā-
tores**: ⁊ duplicatur legionū numerus. **Populū** i. xxx. curias diuidit. **Sabinaz**
nomina curiſs imponens centurie tres equitū cōſtituit: vt eſſet **Rānetes** **Ticē-
ſes** ⁊ **Luceres**. **Anno** deinde quinto **Taciſ** imperij cū **Tacius** vna cū **Romu-
lo** ſacrificaret: **Laurētes** **Tacio** interfecto **Romulū** illeſum remittunt: quaſi ipſe
equitatis ⁊ iuſtitie fautor extitiſſet inſignis. **Lamerij** vero paulopoſt aduerſūz
Romanos ipetū facientes a **Romulo** ſuperantur: ⁊ ceſis ex eis ſex milibus ci-
uitas eozum capitur. **Cunq;** **Romulus** **Fidēnas** cepiſſet **Veientes** qui reſ
amplas in **Tyrrhenia** habebant: miſſis legatis qui fidēnas tanq̄ ciuitatem ſibi
attinentem peterent: cōdignum petitioni retulere reſponſum. **Quare** indigna-
ti copias contra **Romulū** ducunt: ſed victi veientes: ſupra octo milia eo i p̄e-
lio amiſere. **Fractis** itaq; **Veientium** rebus quiq; fugiebant dimiſſis ciuitati-
bus ſuis: quas **Romulus** repente inuaſit. **Opidani** vero ob acceptam cladem p̄-
terrīti: pacez in centum annos petierunt. **Qua** impetrata: ſeptima agrozum par-
te mulctati ſunt. **Pace** itaq; vndiq; parta: non multopoſt e medijs ciuium ocu-
lis **Romulus** euauit: nullum ſue mortis veſtigium penitus relinquens.

Romam igitur vrbez toto orbe celebranda; a **Romulo** eius conditore nominatā
vndecimo **Ezechie** regis iuda regni anno. ⁊ ſecūdo octaue **Olympiadis** ab ip̄o
conditam omnes affirmant. **Sed** quo in loco prima eius tante vrbis iacta fue-
rint fundamenta nullibi clare legimus: quia ea in vrbe ſeptem habentur mon-
tes in quibus ſeptez fuerunt ciuitates tales quales. **Inter** collem autem ⁊ capi-
tolium eam primo ab eodem conditam fuiſſe **Straboni** placet. **Sed** alij in **Pa-
latino** monte primo fundatam dixerunt. **Ubi** ⁊ **Euander** primo conſedit: ⁊ vr-
bem ſive **Palatium** condidit. **Ubi** etiam **Lameſem** **Nembroth** **Sigantis** filijz
poſt linguarum confuſionem **Gotbifredus** **Viterbienſis** hitoricus conſediſſe

Achaꝝ
 et **C**ameſam vrbe ex ſuo noie ꝓdidiffe dicit. **E**a ꝓpter et **D**iuus ꝓ Augustinus
 li. de ciuitate dei et ꝓprobās dixit Romā veluti alterā **B**abyloniā: et ipius **B**a
 bylonie filiā ꝓditam fuiſſe. **I**bi et **S**aturnum latuiſſe ꝓditum ē. **C**ornelius **T**a
 citus ingt: **S**up palatino monte ꝓmo vrbs edificata fuit. **E**t iccirco i eo reges
 ꝓmo: deinde ꝓfules ꝓſtea imperatores maioꝝi ex parte ſedem babuere. **E**t
 aut ambitū varium fuiſſe credendū eſt: cū et **P**linius i tertio a ꝓncipio paruꝝ
 extiſſe ſcribat: et ſuo tēpore. xx. milia paſſuū ꝓtinuiſſe. **E**t **F**lauius **C**loꝓoſeꝝ
 hiſtoricus ſcribit **A**ureliū imperatoꝝe ambitū vrbis ad. xxx. paſſuū milia am
 pliāſſe. **V**erum cū ſepe diruta fuerit: de ſingulis eius locis ſcribere impoſſibile
 videt: cuius vrbis magnificentia: ſplendorem: ornatūqꝝ cum infiniti ſit operis:
 et multorum defatigaret ingenia etiam hoc in loco ad ſcribendum idoneum me
 non ſatis inuenio. **S**ꝫ ſi quis eius potentiam: immenſoſqꝝ apparatus aliqua ex
 parte ꝓprehendere voluerit videat cauernas: fomices: fundamenta ſub vineis:
 ſub eccleſijs: ſub multoꝝ ciuū domibꝫ: in multis tum foris: tum in vrbe locis.
 videbit certe grandes ruinas: que ſunt per vias porte aurelie: latine: flamincet
 apieqꝝſ vidimus nanqꝝ et nos pauimēta vermīculata. vident et ꝓſcine: et feraz
 clauſtra. **E**x ijs conſpicere poterit quis: que olim eius fuerit edificia: quāta inſu
 per **R**omani populi fuerit potētia: vbi et pene totius orbis fuerit redacte diui
 tie: **C**uius nimirū vrbis ciues: dictatoꝝes: imperatoꝝes: ꝓfules adeo fuerit po
 tentes: vt in ea ampliffimas domos: et extra ꝓplures villas ſumptuoſiſſime ꝓ
 ratas haberent: cum etiaz liberti magnificis edibus fuerint adornati. **V**erū ne
 tunc quidem diues apud **R**omanos habebat: qui nō poterat exercitū ex ꝓ
 prio alere: vt. **M**. **T**raſſus aluit. **P**reterea vt hoc etiā ad **R**omanoꝝ potentiaz
 addam. **Q**uis inqꝫ in **I**talia ꝓnceps tanta ē ꝓditus ſupellectili: vt **L**uculli
 moꝝe (quem **C**icero **F**erſem togatum appellabat) ad. xxv. hominū milia bono
 riſſe ſuſcipere valeat. **N**ec tamen **A**ncullus ſolus ea in vrbe diues erat: cum
 etiā viginti ciuū milia: et eo amplius eēt: qui cum **L**ucullo de omni diuitia
 rū ſplendore apparatus ꝓtendere potuiſſent. **A**ttulit etiam hec imperioſiſſima
 ciuitas innumerabiles viros: tum rei militaris peritia: tum omni virtutū gene
 re. ac ſciētia ꝓſtantiffimos: quos enumerare operoſiſſimū et impoſſibile eſſet.
Verum aliquos etiā hoc in loco afferre non indignū putamus: et vt a militari
 bus incipiamus. **E**a **P**apyriū genuit dictatoꝝem: qui de ſamnitibus triumphauit.
M. **F**abiū: qui de gallis et hircanisqꝝ **S**cipioneꝝ **A**phricanū: q de **A**phris
M. **C**atoneꝝ: q de hispanis. **L**. **Q**uinciuꝝ: q de lacedemonijs. **L**. **C**orneliū: q de
 bois. **M**. **S**ulciuꝝ: q de gothis. **L**. **M**aniliū: q de **B**allis **A**ſiam incolētibus
P. **E**miliū q de perſis. **L**. **P**oꝓetium: qui de **A**ditridate: alijsqꝝ cōplurimis re
 gulis. **L**. **C**elareꝝ: qui de **B**allis hispanis: **H**ermanis: **A**lexandrinis **P**onticis et
Aphricanis triūꝓū geſſit. **F**uere et alij imperatoꝝes inuictiſſimi: de qbus om
 nibus ſuis locis explicabimus. **A**d litteratoꝝes vero deſcendendū eſt: e qbus ꝓci
 puos. **M**. **C**atoneꝝ habuit. **M**. **V**arroneꝝ: **C**iceroneꝝ: **R**igidiuꝝ: **F**iguluꝝ: **S**cipio
 nem ꝓfulē: **P**aneciū: **S**imachū: **P**atriciuꝝ: **V**oetiū: **S**aluſtiuꝝ: hiſtoricus: **P**lau
 tum comicum: **T**ibullum et **A**ratoꝝem dyaconū poetas. **E**t vt de noſtris loqua
 mur: infiniti ꝓꝓe ſanctiſſimi ꝓdierunt ꝓſules: e quibus duo doctrina et ſancti
 monia inſignes fuerunt. **A**mbroſius videlicet mediolanenſis archiepiſcopus.
 et **G**regoriū magnus ambo eccleſie ſancte doctores. **E**tiam octoginta ſummi
 pontifices ex ea vrbe ꝓdiere: hec vrbs habuit. xxx. portas: quaz ꝓma **F**lumē
 tana ꝓſtea **F**laminea: nūc autē populi porta. **S**ecūda collatina. **T**ertia ꝓratia
 na. **Q**uarta gabuſa. **Q**uinta grinalis: nūc ſalaria. **S**exta collina. **S**eptima vimi
 nali: nūc ſancte **A**gnetis porta. **O**ctava exqlinia ſiue tyburtina. nūc ſancti **L**au
 rentij vocata. **N**ona neuia: nūc maior porta dicit. **D**ecima aſinaria: ſiue colimē
 tana: nūc autēꝝ ſancti **J**oannis. **U**ndecima metrodij. **D**uodecima latina. **T**er
 tiadecima capena. **Q**uartadecima trigemina: nūc ſancti **P**aulli ſiue oſtienſis.
Quintadecima aurelia. alie etiam fuerunt porte: que vbi ſite fuerunt nūc igno
 ratur: quarūꝝ nomina hec fuere: videlicet carmetalit: ꝓadana: mugonia: **Q**uet

Achaz

quetulana: lauernalis: rudusculana: ruthumena: catbularia: et triuphalis oium celeberrima. Fuerunt et sex i leonina extates porte. Habuit (vt diximus) septem motes Roma sine potius colles. Et in capitolio fuerunt edificia toto orbe celeberrima: et potissimum Iouis templum vulgatissimum: et Junonis edes: et alia innumera: vbi et omnium simulacra deorum constituta erant. Sed vt ad propendium veniam: quanta fuerit Roma ipsa ruina docet.

Osee pphete domini oes his temporibus dum Roma pderet qmaxime florere: quos ideo dominus hac tepestate voluit eripere vt queadmodum dū primo assyriorum regni tempore **Abraam** extitit: cui pmissiones apertissime fiebant: vnde de eius semine omnium gentium benedictione nasci dicebas turā. Ita et in exordio Romane urbis: qua imperante christus erat **Abdias** veturus: in quo implerent (vt **Augustinus** ait) illa pmissa oracula pro **Naum** pphetarum non solum loquentium: sed etiam scribentium in tate rei future testimonio soluerent. Cū enim prophete postquam reges esse ceperunt populo nunquam defuerint i vsu tantummodo eorum fuere non gentium. Quando autem ea scriptura pphetica manifestius pbabat: que gentibus et aliquando pdesset tunc incipere oportebat: quoniam hec ciuitas debebat: que gentibus imperaret: cum etiam in filiis Abrae gentium populus esse noscatur.

Captiuitas Iudeorum secundo.

Osee **Bela** filius vltimus israelitarum rex duodecimo **Achaz** regni anno p tyrannide occupato regnavit i Samaria annis. ix. Sic et si i peccatis regum Israel ambulauerit: et gentium idola adorauerit: eisq; i preceptis dei Israel imolauerit: tamen vt sacra quarti regum libri habet historia inter malos reges oio celandus non est: quia nec auaritia aut seuitia repu. offendit. verum cum eius preteritorumq; regum peccata coram deo increuissent: eorum regnum de seculo dominus exterminare decernens **Salmanasar** regem Assyrii suscitauit aduersus eum: q magno in regnum ipsum milite conducto vniuersum magnis attriuit cladibus. et capta Samaria regem vincitum abduxit: et vniuersa diripuit. Rex autem postea multa pecunia redemptus: et assyrijs tributarius factus in regnum redijt: verum post aliquod tempus cum **Salmanasar** didicisset **Osee** Egyptiorum regem impius subornasse: tributumq; sibi denegasse: ira succensus cum grandi exercitu rursus Samariam pcedit: et tribus annis durissime obfedit: nonoq; regni sui anno illam cepit: et cum toto populo in seruitute rapuit ac in Syria transportauit. Quae quidem populum i medorum montibus et ultra caspios iuxta fluum **Boza** habitare fecit: ac sic cum decem tribus Israel legitima queq; domini dei sunt: et patrum suorum abiicissent: dominus a facie sua eos abiicit: et cum vane egissent ad nihilum redacti sunt. Translato itaq; Israel a **Salmanasar** rege d terra sua: ibi assyriorum rex statim colonias constituit: q cum ibi habitare cepissent: non sapientis que dei sunt: dominus statim suscitauit inter eos leones ferocissimos vnum queque lacerantes: que res cum regi renunciata fuisset vnum e sacerdotibus Israel illo remisit: q illos de legitimis suis edoceret quicq; et quomodo deum colerent optime instruit. At illi iudaice legis emulatores facti Samarite nuncupati sunt: quod latina lingua custos exprimit eo quod iudea suo habitatore vacua custodierit. Ac sic Israel regnum ab assyrijs psumptum post diuisum regnum regnatum est in Samaria sub decem et octo regibus annis. 258. quorum nomina et tempora Epilogo hic ponuntur.

Israel regum Epilogus.

Hieroboam 1 an 22	Oschozias 7 an 2	Zacharias 13 an 6
Nadab 2 an 2	Joram 8 an 12	Selū 14 dies 3
Baasa 3 an 24	Bieu 9 an 28	Danabem 15 an 10
Bela 4 an 2	Joachab 10 an 17	Phaceas 16 an 10
Ambri 5 an 12	Joas 11 an 16	Phacee 17 an 20
Acab 6 an 22	Hieroboam 12 an 41	Osee 18 an 9

Aliactes secundus **Lydoorum** rex: quintodecimo regni **Achaz** anno **Lydis** regnare cepit: et regnavit annis. 14.

Ezechias

Ezechias Achaz regis filius quintusdecimus regum Juda. 333. regni David anno secundo autem nono olympiadis regnare cepit: et regnavit in Hierusalem annis. 29. Optimus sane vir de pessimo patre natus: qui festum intermissa sacrificia restituit: idola destruxit: urbem instauravit et munivit: fuitque tanto regno vir dignissimus: quippe (ut sacra eius tradit historia) qui sapientia: prudentia: consilio plurimum valuit: ac ita manu promptus: ut nemo veteranorum eo pugnatio fuerit. unde et de eo sacra libri quarti Regum. c. 18. historia sic habet: Post eum non fuit similis ei de cunctis regibus iuda: sed neque in istis qui ante eum fuerunt: et adhesit domino: et non recessit a vestigiis eius: fecitque mandata eius: que dominus preceperat Moysi. Et propterea erat dominus cum eo et in cunctis ad que procedebat sapienter se habebat. Ea enim domini gratia confusus assyriorum regi rebellavit: nec ei servire voluit: universos enim philisteos debellavit: eorumque ditionem sibi armis vendicavit. Ad eum quippe Senacherib assyriorum rex (capta Samaria et Israel filijs in assyrios translatis) quod ob astutiam ingenij et ferocitate animi omnibus arma intentabat: ascendit et sua potentia elatus per Raphacem servum suum manum contra populum iuda sustulit: et in purissimis verbis blasphemavit deum Israel. Que cum audisset Ezechias rex scidit vestimenta sua et opertus sacco ingressus est domum domini dei sui: et oravit una cum Isaia prophetam ut aspiceret dominus verba exprobrantis Senacherib. Et misit dominus nocte una angelum suum: et percussit in castris assyriorum centum octogintaquinque milia. Qui cum rex diluculo surrexisset: et mortuorum suorum corpora intuitus fuisset: tremore perterritus obsidione soluta in Ninivem fugit: ibique cum in templo Mesrach deum suum adoraret a filiis suis obruncatus est. Ezechias autem cum per hac re gratias deo non solisset dignas: gravi morbo percussus egrotavit usque ad mortem: et Isaia in voce domini venit ad eum dicens: Dispone domui tue: quia pro hac noxa morieris: et non viues. At Ezechias reatum suum despens dominum: ut sibi ignoscere exoravit: et dominus oratione commotus pepercit homini: et adiecit diebus suis quindecim annos: et cunctis diebus vite sue ipsum ab assyriorum bellis liberum fecit: in cuius rei signum reuersus est dies retro decem gradibus. Rex vero Babylonis audiens Ezechiam egrotasse: ei festum visitationis gratia legatos cum muneribus misit: quorum adventu mirum in modum (et fortassis plus debito) letatus est Ezechias. Hos enim laute et splendide nimium suscepit: et omnes templi ac domus regie thesauros ostendit. Que res cum displicuisset deo: dominus per Isaia regi dixit: Ecce dies venient: et omnia Babylonij et Hierusalem in predam auferent: nec quicquam ex his remanebit. Quo audito dixit Ezechias: Bonus est sermo domini: fiat tantum pax in diebus meis. Ezechias vero ab externo hoste deuotum securus factus: ad exornandam Hierusalem etiam animum adiecit: ubi et mirifice ac splendide multis in locis edificavit: et aqueductus in eam introduxit: ac piscinas celebres extruxit. Eius denique vita omni ex parte laudata moritur: et apud arcem Syon (magno sui desiderio apud omnes relicto) sepelitur. Cuius gesta prima et nouissima historia quarti libri Regum. c. 19. et 20. habet. Ac ipsa eadem secundus Paralipomenon. liber. c. 29. 30. 31. ac 32. commemorat.

Syracusanam Sicilie insule urbem celeberrimam: hinc Lucie virginis et martyris patriam ac sepulchrum per hoc idem tempus sub Pachino promontorio ab Archio corinthio conditam Eusebius Cesariensis testatus est. Hec ut Strabo inquit a principio tum agrum fertilitate: tum portus comoditate non paruum incrementum habuit. Quam et Cicero in sexto verriarum descripsit: et Florus de Syracusis breuiter scribens sic inquit: Illis triplex murus: torridaque arces. marmoreus portus: fons celebratus Areture: que hactenus eis profuere: ut pulchritudini victe urbis parceret. Hanc cartaginenses: alijque tyranni durissimo quondam affecerunt iugo. Sed cum etiam Pompeius eam deuastasset: ab Augusto Cesare postmodum instaurata fuit. Hinc multi insignes prodire viri: e quibus Stephanus tertius summus pontifex: vir fuit sanctitate ac scientia: iustitiaque eminentissimus.

Naxos urbs: a qua etiam insula Naxos nomen accepit hac ipsa tempestate non

4458 741

7044 725

6974 685

6944 675

6914 665

6884 655

Ezechias

pcula Sicilia pdita fuit: cuius insule ager vt Virgilio placet: vini potissimuz feracissim^o e. vno z poeta idē i 3: enei. ait: Baccharāq; iugis naxon.

Carbinam eiusdem insule vrbe[m] Agathe sanctissime patriā z sepulchrū a naxis iuxta montem. Atbnam per bec tēpora pdita fuisse Gusebius affirmat.

Scabon ethyops egyptioꝝ rex quinto Ezechie regis anno Egyptiē regnare cepit in. 25. Dynastia: z regnauit annis. 12. Hic ptra Bochorim egyptioꝝ regem dira gessit certamina: quo superato ac interfecto regnum sibi desumpsit: z loco eius regnauit.

736 4463 Perdica quartus macedonum rex sexto regni Ezechie anno Macedonibus regnare cepit: z regnauit annis. 51.

729 4470 Meles tertius Lydoꝝ rex tertio decimo regni Ezechie anno lydis regnare cepit: z regnauit annis. 12.

721 4478 Cardiceas quartus Medozum rex vigesimo regni Ezechie anno Medis regnare cepit: z regnauit annis. 15.

716 4485 Candaules quartus lydoꝝ rex vigesimo quinto regni Ezechie anno lydis regnare cepit z regnauit annis. 17. Vir quidē ignauus z libidini deditus: q nil egregium de se reliquit. Huic cum eēt vxor elegantissime forme vt Iustinus in p^o Epitho. habet deius pulchritudinē omnibus predicare psucuerat: non pntus voluptatum suarum tacita psciētia nisi etiā matrimonij secreta publicaret: ad extremum vt assertioni sue fidem faceret nudā illam sodali suo Bigi ostendit: Quo facto z amicū in adulterijs sollicitauit z hostē sibi pstituit: z vxorē veluti tradito alij amore a se alienauit. Porro breui post tēpore cedēs candauli nuptiarum premium fuit: z vxor mariti sanguine dotata regnuz viri z se pariter adultero tradidit.

714 4485 Numa Pompilius secundus Romanoz rex vigesimo septimo regni Ezechie anno. i. secundo. i. olympiadis anno post Romulū regnare cepit: z regnauit annis. 41. Verum mortuo Romulo centum senatores rēpu. aliquādiu rexere: ita vt quilibet eoz quinos regnaret dies: z id p annū fere z dimidiū durauit: qd tēpus interregnum nominat: z Nume regno applicat. Mortuo itaq; Romulo inter Romanos sabinosq; de creando rege altercatio eē cepit. Tandē in Numam e Pōponio sabinensi spectato viro natum pueniunt. Qui vt Plutarch^o ait cū eēt ingenio ad oēm virtutē accommodatus seipsum magis p disciplinā: laborē: philosophiamq; excoluit: nō ad detestādas perturbationes modo: sed ut laudatā quoq; inter barbaros vini: z habēdi cupiditatez a se amoneret. Hic vero domo delitias simul ac magnificos apparatus pellens: z omnibus se cū ciuibus: tum peregrinis integerrimū iudicē z psultozē prestabat. Per ortū aut non ad voluptates ac delitias: nō ad questus: sed ad deoz immortalium cultū: z ad ipsoꝝ naturā q̄tum ratione poterat cognoscendā: semetipso vtēs magnuz adeo nomen adeptus est: vt Tacius ex vnica filia Tacia generū sibi fecerit. Neq; is eo connubio elatus migravit ad socerum: sed patrē seniozem fouens in sabinis māsit: qui etiā deserens vrbis psilia in agris frequētius morabat: solusq; libenter peragrabat: z in deoz lucis z desertis locis vitā degebat. Anno igitur quadagesimo etatis sue cū legati venissent p eo rege assumēdo: Numaq; nō acquiescente ac dicēte q̄ omnis vite humane mutatio sit periculosa: tandē instantib^o legatis ne populus iterū in seditionē veniret regnuz suscepit. Et imperio assumpto elatum: asperūq; populū ad pacem ac religionē traduxit. Cōfestimq; pbi buit Romanos imaginē dei existimare: aut hominis speciem: aut animalis habere formā. Unde nec fuit apud eos picta neq; ficta dei species: ac si nefas esset deterioribus meliora assimilare: cū neq; aliter q̄ intelligentia percipi deus possit. Mutauit mensum ordines: z Martiū q̄ primus erat tertiū posuit: incipiēs a Ianuario: q̄ vndecimus. Duodecimus vero Februarius erat: z cū annus p̄tineret dies trecetos z sexaginta: Instituit vt trecetos ac sexagintaquinq; haberet. Multi sunt q̄ Ianuariū ac Februariū a Numa additos dicāt: cū ante decē tantū essent menses. Quidiū: Sed numa nec ianuz nec auitas p̄terit umbras.

Ezechias

De sensibus antiquis preposuitque duos. Huius temporibus: neque bellum: neque seditio: neque tumultus in reipublica fuisse traditur: sed neque aduersus eum: velle inimicitie vel inuidia: seu ob regnandi cupiditate: insidie viroque spiratio. Obijt autem non longe octogenario leui deficiente morbo. Cuius glorie regum posterorum calamitates illustriorem fecere. Nam cum quinque post illum regnauerint: postremo ex imperio decidens in exilio consenuit: e reliquis vero quattuor: nemo naturali morte defunctus est.

Assyriorum regni finis.

Assaradon iunior filiorum Senacherib tempore hac patre in templo obruncato: pro eo regnum accepit. Qui suscepto regno colonias in Samariam deduxit: Cuius tempore Berodach caldeorum rex ab assyriorum monarchia penitus defecit. Quod obrem assyriorum regnum ita debilitatum est: ut de eo deinceps nullum omnino extet monumentum.

4486 713

Caldeorum regni principium.

Berodach igitur Caldeum pro hoc tempore in Babylone regnasse constat. verum quantum regnauerit: necdum oportet est. Qui et ab assyriis deficiens caldeorum regnum sibi constituit. Sic etiam medorum rex fecerat. Hic est ille Berodach: qui Ezechie egrotanti legatos cum muneribus misit: ut patet quarto Regum c. 20.

Caldea enim (ut iam semel dictum est) est Asia regio: Arabia terminata longe plana: et fontium maxime indiga: in qua Babylonia magna fuit. Ex hac regione Sagarum populi exierunt: qui etate nostra cum liberis et vxoribus Europam omnem peruagantur. Et cum fures subtilissimi sint in oppidis permanere: nisi tantum tres dies permittunt. Hos Veneti ab omni suo excluserunt regno: tum propter furta: tum etiam propter explorationem: qua suspecti habentur. Nos ipsorum quedam sciscitanti fuimus: qua ex patria essent. Qui respondit se caldeum cum omnibus esse: linguaque caldea eos uti semper consueuisse.

Thobias iudeus ex tribu et ciuitate Neptalim vir mitissimi ingenij: mire suauitatis: et gratie ois prestans: in captiuitatem superioribus diebus a Salmanasar assyriorum rege paruulus abductus hac ipsa tempore: pietate et religione insignis habitus est. Qui cum aliquando apud Nininem constitutus preceptorum patrum suorum memor: egrotos persepe viseret: eosque ad patientiam hortaretur: et elemosynas proberet indigentibus: desperatosque consolaret: errantes ad viam veritatis: et legis predicacionibus: et admonicionibus deduceret: cecitatis plaga retatus est. et eam ob plagam et omnem eius substantiam deperdidit: omniumque pauperissimus euasit. Sed paulo post domus cognita hominis patientia Raphael angelum misit: qui ei visum restituit: et substantiam omnem in decuplum multiplicauit: ceterisque iudeis eum omnibus in rebus antulit. Verum eo in statu ad annos centum et duos (ut eius sacratissima continet historia) vixit. Cōfectus denique senectute bona interitum Ninive et instaurationem Hierusalem et templi: christique domini nostri aduentum predictum: quibus exploris spiritum deo reddidit: et in Ninive collachymantibus Thobia filio nepotibusque omnibus sepelitus. Cuius autem historia summa cum voluptate: ac deuotione ab omnibus legi: et audiri consueuit.

Grieci doctrinis excellentes.

Thaletem Milesum e grece sapientibus primum: his temporibus floruisse diuus Augustinus decimo octauo de ciuitate dei. c. 24. affirmat. Hic ex Thesidaram familia patre Examio: et matre Aleobolina natus fuit: qui phenicum nobilissimi a Cadmo et Agenore originem duxerunt: qui post reipublice negocia ad rerum naturam contemplandam (ut Isidorus secundo et bicorum libro: capitulo tertio habet) se transtulit. Et ut Cicero de natura deorum ait: Primus de natura rerum traditur disputasse. Quamuis ut Laertius refert: Nullum ingenij sui reliquerit monumentum. Calimachus hunc inuentorem fuisse minoris vrsae dicit ac stellas illas norasse qua phenices nauigant. Putant hunc plerique primum astrologie secreta rimatum: solis defectus: conversionesque predictasse. Sunt etiam: qui illum primum dixisse immortales animos affirmet. Hic

Ezechias

ab egyptijs geometrie precepta suscepit. Et Rhodio (sicut diuus refert Hieronymus) ostēdit philosophū ditari posse: si vellet: csi olei penuriā preuidisset. Obijt vero. 73. etatis sue anno: cū Gymnicum certamē spectaret estu ac siti de fatigatus. Cuius hec dicta referuntur: vt Laertius ait: Antiquissimum entium est deus. Ingenitum etenim optimum entium est mundus. nam opus dei est. Maximum entium est locus: omnia namq; capit. Velocissimum entium est intellectus. passim enim currit. Validissimū entium necessitas est. dominat enim cunctis. Prudentissimū entium est tempus: adiuuenit enim omnia.

Solon philosophus e septē sapientibus secundus: patria atbeniensis siue Salaminus (Helio noctiu: vt libro. i. 7. teste) his tēporibus atbenis floruit: quibus etiā leges instituit: quas sicut Valerius li. de ingratis dicit: Si atbenienses perpetuo seruare voluissent sempiternum habituri fuissent imperiū. Constat autem Laertio teste: leges et cōciones scripsisse: et in seipsum monita elegia: q; cum hominū omnium ac oraculi iudicio sapientissimus haberetur: vno euz indulsisse scribit Valerius. Plato de Solone in Thimeo: et Aristoteles in secūdo politicoz multa scripsere. Obijt autem in Cypzo octogesimo etatis sue anno: cum mandasset suis: vt Salaminā ossa sua transferrent: atq; in cinerem dissoluta p; prouinciam disseminarent. Sed non est obtemperatum eius iussis. Porro sepulchro ipsius Epigramma tale inscriptuz fuit: Que dudū rabidas medoz propulit iras. Legiferū solona pulchra tenet salamis. Ex sententijs eius plurimis hāc solam hic habeamus: facietatē ex diuitijs nasci: Ex facietate contumelias gignit: Que non posuisti non tollas. Mentiri noli.

Chilon philosophus lacedemonius tertius e septem grece sapientibus per hec ipsa tempora (Aug. teste) apud atbenienses in precio fuit. Qui ob eius profundissimam sapientiam inter ceteros breuiloquus dictus fuit. Unde et Aristagoras hūc dicendi morem chilonium vocat. Scripsit multa in ducētis carminib; vt Laertius habet notabilia: quozum hec precipua fuit sententia. Biscere bene primo sibi pcesse: indeq; domui sue: atq; i aduersis ire dominari. vixit. 56. annis. Cūq; defunctus esset: iuxta sepulchrum eius erecta est statua. Defunctuz autem asserunt nimia letitia filium deosculans: qui in olympico certamine fuerat coronatus.

Pittacus Mytilenus philosophus quartus e septem grece sapientibus: his etiā temporibus nō doctrina solum: sed etiam in re militari prestatissimus ē habit; quippe et patrie sue imperiū decez annis prestatissime tenuit: quam cum optimis institutis: legibusq; constituisset: sponte seipsum magistratu abdicauit: cuius hec notanda fuit sententia. Magistratus virum declarat. Scripsit hic de moribus et policia sexcentos versus. Multa quoq; prosa. Vixit vsq; ad Cresi lydorū regis tempora: ad quem eius extat epistola septuaginta annis.

Biantem priencum philosophum e septem grece sapientib; quintuz cum superioribus floruisse constat: qui ob regiam eius presentiam: et ciuium suozum precipuam beniuolentiam (vt Laertius inquit) maximo in precio ab eisdem habitus est: eos enim periculis aduersis tutatus ē. Multa quoq; duobus in milibus uersuum ytilia conscripsit. Cuius inter cetera memoratu digna hec singularis fuit sententia. Vitam sic mensurandam esse: quasi homines breui: et multo tempore victuri sint. Hic aliquādo ex aduocatione fessus caput in nepotis filie gremio declinasset: pre senectute expirauit. Qui mortuo prienienses ei templum dedicauerunt: de eo multa Laertius et Valerius scripsere.

Leobolus Lindus e septem grece sapientibus philosophus sextus: et ipse per idē tēpus insignis fuit: cui natam filiam nomine Leobolinā fuisse ferūt: quam exametrorum enygnatum vatem dixere. Qui et librum de enygnaticis questionibus in tribus versuz milibus exscripsit: ex quibus hec memoranda sententia excerpit. Orore de paribus ducito: ga si ex maiorib; duxeris cognatos habebis dominos. Vixit autem annis septuaginta: cuius preclarissima gesta scripsit Laertius.

Ezechias

Periander corinthius e septē grecie sapiētibus philosophus septimus hac etiam tēpestate (vt Aug^o placet) floruit: quē Aristoteles tyrannum fuisse dixit: et annis quadraginta apud corinthios tyrānidem exercuit: qđ Plato negat: s; alius philosophus; aliū tyrannum fuisse dixit. **H**ic in duobus milibus vsuum vtilia documēta perscripsit. **E**x cuius sentētis hāc p̄cipuā elicuimus. Prosperās modestus esto. **I**nfortunatus vero prudēs; amicis felicibus et infelicibus idem sis. **O**bijt autem octogenarius: vt **L**aertius habet.

Manases **E**zechie regis optimi filius sextusdecimus regū **J**uda. 35^o 4^o regni **D**avid anno decimaseptima olympiad: duodecimoq; etatis sue anno regnare cepit: et regnavit in **H**ierusalē annis. 55. **V**ir quidē omnino patri dissimilis: q nullū facinoris genus in vita p̄termisit. **N**ā suscepto regno templū p̄phanavit: sacerdotiū sustulit: p̄fudit ordinem: temeravit regnū: corrupit quicquid erat religionis: qđ legis: qđ vite: qđ morū: qđ fidei: qđ patrie: et maiorū discipline perdidit: et p̄fudit. **A**bominationes enī pessimas fecit in **J**uda: et quidē maiores q̄ ante euz amorei fecerūt: et vniuersum iuda suo exemplo hortatu: erroreq; in immūditijs amoreorū: gentiūq; omniū peccare fecit. **A**dultos et iudeorū nobiles proscripsit: multos interfecit: et magnis supplicijs sacerdotes et **I**saias prophetā trucidavit: ac sic et ipse homo omniū scelestissimus cū nil domi: forisue strenue gessisset: et omnia auaritia expilaret: diuināq; vltionem expertus ē. **N**ā vt secundi libri paralipomenon p̄tinet historia. c. 35^o dominus exercitū **A**ssyriorū superinduxit ei: et captū pedibus: manibusq; catbenis vinctū duxerunt in **B**abylonem: ibiq; tormētis affectus: et penitētia ductus domini deū patrū suorum humili prece deprecās exauditus ē: et misericordia super euz motus reduxit in **H**ierusalē. **Q**uāobzē cognouit dominū eē deum: et ad cōfirmandā patrū legē ceremonialiq; statim se totū p̄uertit: et errata queq; emēdauit. **A**ras **B**aal erectas euertit: et idola p̄strauit: necnō et oblationes ac pacifica obtulit. **T**andē vbi ea que ad sui sceleris emēdā peregisset: sexagesimo septimo vite sue anno dormiuit cum patribus suis: et sepultus est: vt quartus **R**egum liber. c. 35^o habet in ortis suis.

Manases
4487 712

Trachus ethyops egyptiorum rex: **S**ebicho rege interfecto p^o regni **M**anase anno **E**gyptijs regnare cepit: et regnavit annis. 20.

Deiocles quintus medorum rex quarto **M**anase regni anno **M**edis regnare cepit: et regnavit annis. 54. **H**ic vt **A**ppolodoros adriamitinus historicus tradit **E**batbanam ciuitatem potentissimam medorum regni caput in montibus condidit: quam postea **A**rpharath rex: ut habetur **J**uditb primo turribus mēnibusq; ac cellissimis extruxit portis.

4490 709

Siginus quintus lydorū rex duodecimo regni **M**anase anno: **L**andaule predecessore (vt diximus) interfecto: regina vxore ducta loco **L**andaulis regnare cepit: et regnavit annis. 35.

4459 700

Merres ethyops **E**gypti rex. 21^o regni **M**anase anno: i **D**ynastia. 25 post **T**rachum regnum suscepit: et regnavit .iij. annis.

Argens quintus **M**acedonum rex: vigesimo octauo regni **M**anase anno **M**acedonibus regnare cepit: et regnavit annis. 38.

4515 684

Stephinatis post **M**errem **E**gyptijs regnavit annis. 7.

Tullus hostilius tertius **R**omanorum rex: trigesimo nono regni **M**anase anno: et tertio. 27. **O**lympiadis anno post **A**umam regem romanis regnare cepit et regnavit annis. 31. **H**uius cunabula (vt **E**utropius scribit) agreste tugurium cepit: eiusq; adolescentia in pecoribus pascendis occupata fuit. validior deinde etas **R**omanum rexit populum: et primus **R**omanorum regum purpura et fascibus vsus est: ac urbem adiecto **C**elio monte ampliavit. **V**enīq; post longā pacem in albanos bella tulit: quos tam metu q̄ pudore deuictos: prostratosq; in urbem admisit: et illorum urbem euertit preter templa: a quibus iussu regis tēperatum est. **U**nq; adiectione **A**lbanī populi **R**omana res non parum aucta fuisset **T**ullus **S**abinis nouum bellum indixit: et prouocatos fudit: fugauitq;

4525 673

Danases

Tandem cū vno ⁊ xxx. annis cum magna belli gloria regnasset: euz tota domo sua ictu fulminis conflagrauit.

Ardas sextus lydorū rex. 49^o regni **Danase** anno post **Sigium** lydis regnare cepit: ⁊ regnauit annis. 57.

Nicomedia **Asie** vrbs per hoc tempus (Eusebio teste) a **Nicomede** **Bythinie** rege in **Bythinia** prouincia condita fuit: in qua **Dioclitiani** tempore seuissima christianoꝝ persecutio fuit: ⁊ in qua magnus ⁊ diuus **Constantinus** postea diem suum clausit extremum.

Calcedon similiter **Asie** vrbs hac eadem tempestate in ea **Bythinie** prouincia ex opposito **Constantinopolis** in ore pontici maris a megarensibus condita p̄hibetur: vbi ⁊ martiani principis temporibus magna illa **Synodus** celebrata fuit. Cui ⁊ inter ceteras **Synodos** ecclesia romana precipuū defert honore: vt **Gratianus** contestatus est di. is. capitulo canonēs sanctorū. § quarta synod^o.

Constantino
polis condino.

659 430

